



tum devotus, sed devotio ipsa γυνόμενος ὑπὲρ ἡμῶν κατὰρα,
a Paulo nuncupatur, quae verba mentem divini doctoris
fatis manifeste indicant, multum inesse similitudinis devo-
torum in Christo, pro universo genere humano factō divi-
nitus Αντιψύχω.



Iam argumento huic ne diutius inhaeream, instituti
ratio me monet. Indicendus quippe est abitus, quem
e Lyceo Torgaviensi, paro, in quo Rectoris munus per an-
num et undecim fere menses sustinui. Summa enim AV-
GVSTISSIMI REGIS, PATRIS PATRIAE INDVLGENTISSIMI gra-
tia mihi clementissime demandata est provincia Rectoris in
illustri schola provinciali Grimmensi. Antequam vero Tor-
gavia discedam, religio mihi exsolvenda est, qua Deo et in-
clytae ciuitati Torgaviensi obstrictus teneor, et gratissima
mente colenda sunt beneficia, inter arma ac belli strepitus in
me benignissime collocata. Debitas itaque pio animo pu-
blice persolvam gratias die XVIII. Maji hora X. postquam
de Antiquitatibus profanis ad explicandas sacras temere trans-
latis dixero. Postmeridiem vero hora III. quatuor juve-
nes ornatissimi vires ingenii in utroque dicendi genere ex-
ercebunt. Primo quidem loco *Carolus Gottlob Kübne,*

) ()

Loffwigenfis